

est. et ad cuius bonitatem id pertinet ut sit omne quod est boni summum causa est. Quocirca mali auctores non est. et ipse summum bonum est. a quo in nullo deficiere bonum est et malum est deficere. Non est ergo causa deficiendi. i. tendendi ad non esse quod ut ita dicam essendi causa est. quia omnia quae sunt auctores est. que in quantum sunt bona sunt. Ecce aperte habes quod deficere a deo quod summum est bonum. malum est. Mala ergo facere malum est. non ergo deo auctore vel volente mala fiunt.

Obiectio quorundam sophistica qua probantur ex deo esse quod mala fiunt.

Non sufficiens ostendit. Sum est. quod deo auctore non sunt mala. Quidam tamen sophisticè incedentes. et id deo odibiles probare conantur ex deo auctore esse quod mala fiunt. huiusmodi. Mala sunt verum est omne autem verum quod est. a veritate est que deus est. a deo ergo est quod mala fiunt. aut omne verum a deo fit. confirmat auctore Augustinus in libro lxxviii. questionibus ita dicitur. Omne verum a veritate verum est. Est autem veritas deus. Deus ergo auctore omne verum. Est autem verum quod mala fiunt. ut sunt. Deo ergo auctore est quod sunt verum sunt mala.

Responso ubi concedit omne verum esse a deo. et sophisma aperit.

Quibus facile est nobis videre. si dignum ratione videtur quod dicitur. Omne namque verum a deo est. ut ait Augustinus. cuius pronuntiat Ambrosius qui tractatus illud verbum apostoli. Nemo potest dicere dominus Iesus. nisi spiritus sancto dicitur. Omne verum a deo quocumque dicitur a spiritu sancto est. Et si itaque verum sit quod mala fiunt. huiusmodi verum quod dicitur illa locutione. scilicet mala fiunt a deo est. sed non inde sequitur quod a deo fit verum mala fiunt. Si enim hoc diceretur. auctor malorum deus esse intelligeretur. quod ex se manifeste falsum ostenderet. Deus prohibet furtum fieri. sed furtum fieri verum est. ergo prohibet verum. non sequitur.

Per simile ostendit illud esse falsum.

Parrem questionis approbat illorum qui dicunt deum non velle mala fieri.

Hec igitur et alia huiusmodi inania relinquentes. permittit questionis per saniorum fautores que sanctorum testimoniiis plenius approbat. dicam. deum non velle mala fieri nec tamen velle non fieri. neque nolle fieri. Omne ergo quod vult fieri fit. et omne quod vult non fieri. non fit. si autem sunt multa quae non vult fieri. ut omnia mala.

Ista est distinctio. xlvj. huiusmodi primi libri. In qua postquam ostensum est quid tenendum sit de voluntate dei secundum se. Consequenter ostendit magister quid tenendum sit de

voluntate quod tamen ad ipsum effectum. Et tria facit. Primum ostendit effectum diuine voluntatis respectu bonorum. Secundo facit idem respectu malorum. Tertio subdit determinationem quarundam auctoritatum. Primum facit a principio huiusmodi distinctionis videlicet ibi. Ideoque cum dicitur. Sed cum videtur ibi. Sed vero Augustinus. Tertius vero ab inde videtur ad finem distinctionis. Et tamen generaliter. In specialibus magister stat in tribus propositionibus. quarum prima est hec. Bonitas diuine voluntatis in omnibus implet. Hanc magister inuestigat querit. Et tamen deus aliquid voluerit quod factum non fuerit. Et arguit quod sic. quia voluit imo vult omnes homines saluos fieri. hoc tamen factum non est nec fit. Si illi voluit filios israel aggregare. quod etiam non est factum. ergo non omnia que deus voluit sunt facta. Et rident magister huiusmodi duplici obiectione non obstante voluntas dei semper implet. Et obiecta sic habent intelligi quod quicquid homines saluantur vel quod de filiis israel aggregantur. sola dei voluntate saluantur et aggregantur. sicut etiam Job. i. 8. Illuminat omnem hominem venientes in hunc mundum. Hoc non habet intelligi quod omnes ab ipso illuminantur qui in hunc mundum venierunt. sed quod nullus veniens in hunc mundum illuminatur nisi ab ipso. Secunda propositio est hec. Deus neque vult neque novit quod malum culpe oriat. Hanc probans magister querit. Atque mala fiunt autem deo volente. Circa cuiusmodi questionis materiam due sunt opiniones quarum prima est. quod deus vult malum non fieri. Secunda est quod deus vult mala fieri et huiusmodi rationes per sua opinione. quarum prima est. Potentie oppositum resisti non potest. sed si deus nollit mala fieri. eius tamen sunt. et potentie potest resisti. sed hoc esset inconueniens. quia iam non esset oppositum. ergo in conueniens est deum ponere velle mala non fieri. ergo deus vult mala esse vel fieri. Secunda ratio est talis. Deus autem vult mala fieri autem non vult fieri. sed non vult ea non fieri. ergo vult ea fieri. Minor propter hoc. quia si vellet non fieri nunquam fierent cum voluntati eius nihil potest resistere. Tertia ratio est. Deus vult omne bonum. sed bonum est mala fieri. nisi enim esset bonum mala fieri nunquam permitterentur a deo fieri. ergo deus vult mala fieri. Ad has rationes ridentem magister ad duas. primo quia non est procedendum. quod deus vult mala fieri. quia sic esset iniquum. nec quod vult non fieri mala quae est secunda opinio. quia sic mala nunquam fierent. Secundum quod non vult ea fieri. et arguit tertio quod mala fieri est bonum. dicendum est quod non est bonum simpliciter. sed est bonum in quantum ex malis potest elici bona. ubi etiam incidet taliter dicit quod aliquid est bonum in se et facienti et cui fit. ut per dicitur fidelibus. propter deum. Aliquid est bonum in se et facienti. ut dare elemosinam pauperi. sed non propter deum. Aliquid vero in se est malum et facienti. sed ex eo accidentali. pueniunt aliqua bona ut mala que fiunt ad pulchritudinem vniuersi. Probatur postea magister opinionem. scilicet quod deus non vult mala fieri. quia si deo volente fierent mala. igitur fieret deo auctore. et per omnes deus esset auctor illius quod fieret deterius quod non est dicendum. ut probat auctoribus Augustinus. Postea arguit finem quosdam. Omne verum est a deo. sed mala fieri est verum ergo ipsa factio mali est a deo. Et rident quod veritas que est in hoc dicto est a deo. sed ex hoc non sequitur quod ipsa res dicta. scilicet malum sit a deo. Tertia propositio est. Nullum malum fit quod a deo fieri non permittit. patet quia quicquid fit deus permittit fieri. Et tamen in specialibus.

De voluntate dei semper implet de homine quocumque se verat.

Voluntas quippe dei semper efficaciter est ut fiat omne quod vult. et nihil fiat quod nolit.

DI. XLVI